


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
Th. 45112 8° (LN 774)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
Th. 451 12 8° (LN 774)






Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
Th. 45112 8° (LN 774)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
Th. 45112 8° (LN 774)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
Th. 45112 8° (LN 774)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
Th. 451 12 8° (LN 774)



6)

# ASSERTI

ONES DE REPARATIO-

NE HOMINIS POST LAPSUM: ET

de Euangelio Iesu Christi

propositæ in dispu-

tationem à

NICOLAO HEMMINGIO

Anno 1560.

*Has Assertiones mihi dono  
dedit clarissimus vir Dns. D:*

*N. H.*

Impressæ Hafniæ apud  
Christophorum  
Barth.

1 **P**romissio reparationis & salutis per Christum consequenda, uoce Dei proponitur Genes: 3: Inimicitias ponā inter te (alloquitur dominus serpentem) & ipsam mulierem, & inter semen tuum & semen eius ipsum conteret tibi caput & tu mordebis calcaneum eius. Hoc est, Christus filius virginis destruet opera tua, & te victo liberabit suos à ditione tua, & tu more serpentum, qui insidiosè aggrediuntur & mordent incautos, insidiaberis ei, & mala quacūq; poteris inferes.

2 Hanc promissionem Adam altius perpendens, multiplicem in se continere doctrinam haud obscurè intellexit cuius singulas partes absq; dubio per totā uitā piè & prudēter meditatus est.

3 Intellexit enim hinc duo regna esse eaq; potentissimā, nempe Christi & Sathanæ, longè diuersissimis studijs occupata.

4 Intellexit Christi regnum & Sathanæ sibi inuicem aduerfari, ita ut nulla unquam inter ea stabiliri possit consensusio. Intel-

Intellex  
inter ista reg  
quietem fut  
uictor regn

Intelle  
hoc mundo  
& eius me  
latelle  
dicurum e  
na tum m  
uaria, & p  
rentur.

Inte  
Sathan re  
maledictio  
rus ium  
rus per re  
nediction

Intel  
ofam uis  
plus à S  
lita extr

Inte  
mission  
nendar



rationis & saluti  
consequenda, uoce  
del: 3: Inimicitia  
tur dominus ser-  
alierem, & inter  
tus ipsum con-  
rdebis calcane-  
tus filius virgi-  
& te victo libe-  
a, & tu more  
uole aggre-  
uros, inidiabe-  
poteris inferes.  
n Adam altius  
m in se conti-  
cure intellexit  
siq; dubio per  
meditatus est.  
duo regna esse  
pe Christi &  
llimis studijs  
num & Sa-  
ri, ita ut nul-  
possit con-  
Intel-

Intellexit fore maxima certamina 5  
inter ista regna, nec prius a certamine  
quietem futuram esse, quam Christus  
uictor regnū sathauæ penitus aboleret.

Intellexit perpetuam Ecclesiæ in 6  
hoc mundo persecutionem à Sathana  
& eius membris imminere.

Intellexit diabolum callidè insi- 7  
diaturum esse Ecclesiæ cum in doctri-  
na tum in moribus: vnde & scandala  
uaria, & perturbationes & cedes ori-  
rentur.

Intellexit quòd quemadmodum 8  
Sathan regnaturus esset per peccatum,  
maledictionem & mortem: Ita Chri-  
tus suum regnum esset administratu-  
rus per remissionem peccatorum, be-  
nedictionem & uitam.

Intellexit tandem futuram glori- 9  
osam uictoriam ecclesiæ, ut nullas am-  
plius à Sathana timeret insidias, abo-  
lita extremo hostium morte.

Intellexit huius reparationis pro- 01  
missionem fide amplectendam & reti-  
nendam esse, qua fide iustificatus ho-

A 2 mo,



mo, deo uerum cultum præstaret certâ fiducia promissam salutem expectans.

11. Ut autem huius promissionis memoria maneret firmior, & ad posteritatē Adæ perueniret: addidit dominus suo uerbo externum symbolum sacrificandi ritum.

12. Semper enim ab ipsis mundi ini-tijs hunc ritum in homine instituendo seruauit Deus: Primum uerbis illi animum uoluntatemq; suam aperuit. Deinde quò clarius id exprimeret quod erat uerbis ac oratione complexus, Symbola quædam adiecit quorū usu atq; consuetudine in eius uerbi exercitatione uersaretur homo.

13. Sacrificiorum itaque crebra iteratione inculcabatur promissio, Vnde fides in promissum humani generis reparatorem Christum accendebatur, a-lebatur & conseruabatur.

14. Tametsi autem statim orta est contentio inter liberos Adami de sacrificijs & cultu dei: Abel tamen uerbum promissionis rectè intellectū retinuit

Cum

Cum Cain  
nis solum  
rus est & m  
næ imperio  
centem oc  
Abel  
piciens sua  
tam admo  
enim symb  
nebatur p  
de semine  
pro pecca  
amplecter  
Abel, atq  
fide præsti  
Ad eun  
Seth, En  
uum, pro  
& Symbo  
garunt.  
Pos  
minibus  
rum suar  
minus,



Cum Cain contrà oblitus promissio-  
nis solummodo suum factum admira-  
tus est & magnificit. Atq; ita se Satha-  
næ imperio subiecit ac fratrem inno-  
centem occidit.

Abel ciuis regni Christi fidelis as- 15  
piciens suam uictimam eamq; cruen-  
tam admonebatur sui reatus (sanguis  
enim symbolum reatus fuit) Admo-  
nebatur promissionis factæ suo patri  
de semine quod futurum erat uictima  
pro peccato. Hanc promissionem fide  
amplectens iustificatur & regeneratur  
Abel, atq; ita Deo uerum cultum ex  
fide præstitit.

Ad eundē modū Sancti Patriarchæ 16  
Seth, Enos, Enoch & alij ante dilu-  
uium, promissionem de Messia uerbis  
& Symbolis conseruarunt & propa-  
garunt.

Post diluuium multiplicatis ho- 17  
minibus & latè sparsis per orbem, ite-  
rum suam promissionem inculcat do-  
minus, dum promittit benedictionem  
in semi-



in semine Abraham, quam promissio-  
nem Abraham fide recipiens, iustus co-  
ram Deo reputatus est iuxta dictum:  
Credidit Abraham Deo et imputatum  
est illi ad iusticiam.

18 Huic promissioni non nouo sensu  
sed noua uerborum forma proposita,  
adiexit dominus externum sigillū Cir-  
cumcisionem, qua, iusticia fidei patri  
nostro Abrahamo obsignata fuit.

19 Retinuit ergo Abraham olim in-  
stitutum sacrificandi ritum: quo ad-  
monebatur promissionis primis pa-  
rentibus facta cū nouo Symbolo quod  
iteratae promissionis testimonium fuit.

20 Hanc promissionem cum suo ex-  
terno sigillo retinuerunt posteri Abra-  
hæ usq; ad promissionis complemētū.

21 Porro constituta certa & peculiari  
populi dei politia, plura sacrificiorum  
genera sunt addita, inter quæ agnus  
phase & sanguis testamenti præcipua  
fuerunt: cū ut populus dei istis ad-  
miniculis retineretur in cultu dei, tūm  
ut umbræ quædā extarent ueritatis in  
Christo Iesu exhibendæ. Huc

Huc  
data est gr  
tum facta  
Vte  
nem mor  
futuro  
tus grana  
pleur in y  
rius præf  
Nam  
poris et  
mulier  
lege era  
acciper  
Hic e  
mo proe  
rei mem  
runt hu  
& coe  
C  
festati  
patrib  
incule  
cabul  
runt.



quam promissio  
recipiens, iustus  
et iuxta dicendum  
eo et imputatus  
non nouo senti  
forma proposita  
um sigillu Cur  
ticia hdei patn  
gnata fuit.  
aham olim in  
ritum: quo ad  
nis primis pa  
Symbolo quot  
imonium fuit  
cum suo ex  
posteri Abra  
complemetu  
ta & peculiari  
sacrificiorum  
que agnus  
ei precipua  
dei istis ad  
tu dei, tum  
ueritatis in  
Huc

Huc illud Apostoli: Lex per Mosē 22  
data est gratia & ueritas per Iesū Chris  
tum facta est.

Ut enim Moses iram & maledictio 23  
nem monstrauit, & umbras quasdam  
futurorum bonorū exhibuit: ita Chris  
tus gratiam & fauorem dei adferēs, cō  
pleuit in ueritate, quod umbræ obscur  
rius præfigurabant.

Nam postquam uenit plenitudo tē 24  
poris emisit deus filium suum natum ex  
muliere factum sub lege, ut eos qui sub  
lege erant redimeret, utq; adoptionem  
acciperemus.

Hic ergo uerus Messias deus & ho 25  
mo promissionem compleuit: in cuius  
rei memoriā & certitudinem duo insti  
tuit huius rei testimonia, baptissimum  
& cœnam dominicam.

Cæterum solenne præconiū mani 26  
festati Christi, in quo promissiōes olim  
patribus factæ ac sæpius per prophetas  
inculcatæ, aptissimo & dulcissimo vo  
cabulo Euangelium apostoli appella  
runt.

Etsi



27. Etsi autem hoc uocabulum prius fuit apud scriptores prophanos in usu, significans quemuis fœlicem optatum & faustum nuncium: tamen hanc generalem significationem *κατ' ἑξοχήν* Apostoli aptissimè accōmodarunt ad præconium manifestati Christi, qui uitam & salutem gratis offert, & credentibus eandem donat & obsignat.

28. Hic proinde gratiæ reconciliationis salutis & uitæ nuncius, quo nihil homines ob peccata sua maledicti & dānati fœlicius optatius & faustius audire possunt, rectissimè Euangelium dicitur.

29. Quemadmodum enim latronibus propter sua latrocinia adiudicatis rotis acerbissimo & maximè probroso supplicij generi, nihil lætius nihil iucūdius nihil deniq; optatius contigere potest, q̄ ut à sententia dānatoria liberati, iam gloria regia & libertate gaudeāt: Ita hominibus rejs iræ æternæ maledictionisq; ob sua peccata, quid melius quid fœlicius quid optatius quàm audire se à dānationis

nationis sententia  
deicentis &

Hinc illud  
Sic scriptum est  
tum & resurg  
& proclamati  
tiam & remissi  
omnibus ge

Hæc  
simam Eui  
tat, Nimir  
uniuersalis  
remissionis  
Christi.

Huc &  
datum ad  
dum uniu  
um omni  
Baptizate  
non credi

In ho  
catur q̄



prophanos in vili-  
zicem opratur  
amen hanc gen-  
et? 30  
omodarunt ad  
Christi, qui vi-  
ert, & credent  
signat.  
reconciliatio  
us, quo nihil  
maledicti & di-  
faulsius audi-  
angelium di-  
n latronibus  
dicatis rotis  
obroso sup-  
hili iucūdius  
gere potest,  
iberati, iam  
leat: Ita ho-  
lctionisq;  
uid fœli-  
re se a dā  
nationis

nationis sentētia absolutos inter filios  
dei censerī & esse?

Hinc illud apud Lucā domini dictū: 30  
Sic scriptū est & sic oportuit pati Chris-  
tum & resurgere ex mortuis tertia die,  
& proclamari in nomine eius poenitē-  
tiam & remissionem peccatorum corā  
omnibus gentibus.

Hæc breuis Christi concio clarif- 31  
simam Euāgelij definitionem suppedi-  
tat, Nimirum quod Euangelium sit  
vniuersalis prædicatio Pœnitentiæ &  
remissionis peccatorum in nomine  
Christi.

Huc & illud vltimum Christi mā- 32  
datum ad Apostolos: Euntes in mun-  
dum uniuersum proclamate Euāgeli-  
um omni creaturæ. Qui crediderit &  
Baptizatus fuerit saluus erit, qui uerò  
non crediderit, condemnabitur.

In hoc Christi mandato primū indi- 33  
catur quā latè pateant beneficia Christi,  
nempe



nempe ad mundum vniuersum, non ad  
peculiares quasdam in mundo nationes.  
Deinde significatur quomodo eadem  
beneficia offerantur, nempe per prædi-  
cationem Euāgelij: proclamate inquit  
Euangelium. Tum ostenditur quibus  
offerantur cum ait, omni creaturæ. qua  
voce significat quod nemo mortali-  
um sit exclusus a Christi beneficijs, si  
modo sibi ipsi non defuerit. Postremò  
indicatur quomodo oblata beneficia  
accipiantur & quomodo reijciātur. Ut  
enim sola fide recipiuntur: ita diffiden-  
cia reijciuntur.

34 Ex his omnibus quæ dicta sunt si-  
mul consideratis, ut nobis sit gratior &  
dulcior hic salutaris nuncius, plenio-  
rem quandā descriptionē Euāgelij col-  
ligemus, eāq; in suas partes retexemus

35 Euangelium est doctrina diuinitus  
reuelata, in qua annunciatur liberatio  
à maledictione legis, ab ira dei, a mor-  
te æterna, & proclamatur remissio pec-  
catorū pax & reconciliatio cū deo salus  
& vita æterna omnibus credentib; in filiū  
dei

dei dominum  
tum, idq; pro  
meritis nobis  
nem olim pa  
gloria bonæ  
pore dignos  
per Christum  
fruantur etc

Hæc de  
inter legem  
tum ostendit  
Lex morbu  
modum: Le  
gelum vice  
quæ cum  
as si quis  
rit: Euang  
ornat, &  
iustificat

Ve  
dei, pecc  
Itam B



dei dominum nostrum Iesum Christum, idq; propter eiusdem victimam sine meritis nostris secundum promissionem olim patribus factam: ut perpetuo gloria bonitatis dei predicetur, utq; porro dignos Euangelio fructus edant per Christum liberati, tandemq; vita fruantur aeterna.

Hæc descriptio primum discernit 36  
inter legem & Euangelium. Lex peccatum ostendit, Euangelium gratiam: Lex morbum indicat, Euangelium remedium: Lex mortis ministra est, Euangelium vitæ: Lex iusticiam hominis requirit cum interminatione damnationis si quis legis iusticiam non habuerit: Euangelium iusticia aliena credentes ornat, & a damnatoria legis sententia iustificatum fide absoluit.

Ut ergo in lege proclamatur ira 37  
dei, peccati uirtus, maledictio, & mors: Ita in Euangelio annunciat pax cum Deo,



Deo, peccati absolutio, benedictio, uita æterna idq; gratis absq; omnibus humanis meritis & operibus.

38 Hinc Paulus eripuit nos de potestate tenebrarum & transtulit in regnū filij dilecti sui, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum. Per remissionem peccatorum intelligendū est quicquid cum ea ex gratia dei coniunctum est, ut iusticia, redēptio, salus, uita, pax.

39 Quoniam autem magna pars mundi ruit p̄ceptis in damnationem ob sua scelera & Euangelij contemptum: descriptio nostra duo genera hominum indicat, quorum alij credunt Euangelio, alij Euangeliū contemnūt. Ut enim illi saluantur, Ita hi iustē damnantur ut qui noluerunt salutem gratis oblatam accipere.

40 Hinc apostolus: Euangeliū est potentia dei in salutē omni credenti. Credenti enim imputatur fides in iusticiā, hoc  
c. t.

est, qui credi  
tione iustus  
credentem.  
æterna sup  
Non  
credens d  
Vt enim ei  
tur merces  
ro: Ita non  
qui iustific  
eius ad iust  
Qu  
beneficia  
ta recipiat  
mi exempl  
quod fides  
propter C  
Vt enim  
tro satisfi  
Ira suam  
mur sent  
lum libe  
Christi  
conspic  
H



est, qui credit, iustitiæ Christi imputa-  
tione iustus corâ deo reputatur. At non  
credentem, maledictionis sententia ad  
æterna supplicia obligat.

Non ergo operâti meritum, Sed 41  
credētis donum est iustificatio & salus  
Ut enim ei qui operatur, non imputa-  
tur merces ex gratia sed datur ex debi-  
to: Ita non operanti sed credenti in eū  
qui iustificat impium, imputatur fides  
eius ad iusticiam Rom: 4.

Qualis autem fides illa sit quæ 42  
beneficia Christi per Euangelium obla-  
ta recipiat, Paulus proposito Abraha-  
mi exemplo docet, ac summa huc redit  
quòd fides sit fiducia promissæ salutis  
propter Christum.

Ut enim Christus pro peccato nos-  
tro satisfecit factus pro nobis peccatū: 43  
Ita suam obedientiam ne legis damne-  
mur sententia, nobis donat, ut non so-  
lum liberatj à peccato, uerum etiam  
Christi iusticia ornati, appareamus in  
conspectu dei iusti.

Hæc Euangelica gratia multis & 44  
parabolis



parabolis & exemplis passim in scripturis pingitur, ut in seruo debitore 10000 talentorum. In duobus debitoribus, & peccatrice Luce 7. In Paulo in Cornelio Dauide & multis alijs.

45 Hæ imagines & exempla ut gratuitū esse docēt beneficium redēptionis : ita quales nā oporteat eos esse qui Euāgelio credunt, & iustificati fide sunt, clare ostendunt.

46 Seruo debitori condonauit dominus ex mera misericordia totum debitum quod soluendo non erat. Sed eundem durū in conseruos, ad poenas reuocat. Peccatrix fide iusta non desinit officiosa erga Christum esse.

47 Nam tamen sine operibus & meritis nostris, gratia iustificationis & salus contingit : tamē à gratia hac, dōatio Spiritus sancti, & regeneratio separari non possunt. Nā regeneratio inseparabile iustificationis accidens est.

48 Quapropter duo genera hominū hic impingunt Iusticiarij & Epicurei. Illi quidem propterea quòd ex operibus, merita salutis & causas iustificationis

faciunt : hi y  
ficatione & fa  
pituidini pr  
nis ieruo

Vterq;  
tur finibus  
dum & Ea  
nit in mun  
quod san  
expando  
nam, & ce  
nis, quod  
rafinis E  
rificemus  
ut uincam  
dotes no  
sanctitate  
nibus die  
tas deo p  
Quam si  
natis ne  
omniū  
Natura  
quo in  
tia ado  
Christ



faciunt: hi vero quia de gratuita iustificatione & salute gloriâtes se omni turpitudini prostituunt, & cupiditatū carnis se seruos constituunt.

49

Vterq; error pestilens est, & cōfutatur finibus aduentus Christi in mundum & Euangelij. Nam ut Christus venit in mundū vt destruat opera diaboli quod sanè facit, vincendo diabolum, expiando peccatum, infundendo gratiam, & consummando opus redēptionis, quod futurū est in resurrectione: ita finis Euangelij prædicati est, vt glorificemus deum, vt fructus fidei edāus, vt uincamus mundum, vt tanq̃ sacerdotes noui induamus iusticiam & sanctitatem, & seruiamus Deo omnibus diebus vitæ nostræ, hostias gratas deo per Christum offerentes.

50

Quàm sit huiusmodi obedientia in renatis necessaria, tota scriptura docet, omniū sãctorum exempla comprobāt, Natura fidei euincit, Energia spiritus quo impelluntur fideles attestatur, Gratia adoptionis indicat, Breuiter regni Christi ratio ostendit.